ose. Tunc enim homo habet tortuosū motū quando declinat ad peccatum. **Omnes** declinauerūt simul iutiles facti sūt. Est autem triplex ratio qđ omnis ventus mouetur tortuose. Prima ē quia ventus imitatur corpora celestia sicut effectus causam Jupiter em̄ specia liter mou; vētos aquilonares. sol orientales. luna occidentales. mars australes. Ideo etiam aries. leo. sagittari⁹ dicuntur triplicitas ignea. q̄ mouet ventos orientales. et illa signa sūt calida et secca Thaur⁹ vero virgo et capricorūs frigida et secca que mouet australes. Alia vero calida et humida dicūt triplicitas aerea q̄ mouent occidentales. Alia frigida et humida quē mouet aquilonares. Sicut ēgo celestis virtus causat in ventis motum tortuosū. ita celestis spiritus id ē dyabolus q̄ de celo cecidit causat in homine peccatum. Propter qđ **Sap. n. dā** q̄ inuidia dyaboli mors introuit in orbē terrarū. Ipse ē qui suis temptationib⁹ mouet hominē ad peccādū. siue iſlāmādo ad auariciā siue irā. vel ad luxuriā que est triplicitas ignea vel aerea. siue in frigidā do p̄ iūdiciā accidiā et pusillaminitatem quē ē triplicitas tērea vel aq. a et sic de alijs. Sed a causa siue ratio obliquitatis venti ē ex loco siue generationis. Nā ventus inferius habet calorē q̄ expellit ab eo frig⁹. Similiter superius ē est idem faciens. Nā cū ventus agitat a frigore. oportet q̄ agitē a loco frigoris circularit̄ ut supra et ista claudatur ut dicunt qđā. Sicut hoīes a loco siue generationis. i. a mūndo temptatur et alliciūtur ad peccandum l̄ ad peccatum ut scilicet non recte abulēt neq; viviat. Nā mūnd⁹ superius p̄spicitatib⁹

m i

inferius vero aduetatib⁹ nos ob-  
sidet et includit. **Tercia** causa ē qz  
ipse vapor tenu⁹ qui ē materia vē-  
ti inferius ipellitur a calore eleuāte.  
superius vero a frigore inspissante  
**Iste** igit̄ vapor tenu⁹ sit̄ car nem  
que aut calore occupescēt̄. aut frig-  
ore siue corpore accidie et tristicie  
hōiem ad peccatum ipellit. Ergo iste  
sunt tres cause quare hōies nō recte  
abulat̄ sc̄ dyabolus. caro. et mun-  
dus. que suis tēptatioib⁹ hōies ad  
vniuersa vita impellit. **Tercio** as-  
sumlatur vēto vita spūalis ratiōe  
discōtinuitatis. qz ventus nō ē cōtā-  
nuus vel otinui flatus. sed una ex-  
fussatio ē post alia. qz frig⁹ nō vā-  
nue repellit. sed cū semel de p̄mitur  
tūc afortatur calore loci inferioris.  
et assumptiōe pluris materie. et  
eleuat̄ ite rū. et iterū sc̄do repudiat̄.  
et sic alterādo vices ascēdendo et  
reflectēdo paulatī deficit. **Sixt⁹** vita  
spūal nō ē sēper vniiformē otinua.  
sed aliquā sc̄i viri eleuātur ad cōtem-  
plationē. aliquā deprimunt̄ ad acti-  
onē. et sic vices alēnādo otinuāt̄.  
**D**onec moriēdo deficiat̄. **Quarto** ra-  
tiōe ieqūitatis. qz vētus nō ē equa-  
lis sufflationis. cū frigiditas reper-  
cutiēs sit maior et minor. et vapor  
iequalit̄ spissus et rarus. **I**nter du-  
os etiam flatus fortes sunt multi de-  
biles. **Sixt⁹** sc̄i viri sūt diuersis tpi-  
b⁹ magis et minus deuoti. qz tū ad  
deuotionē actualē. fortius et debili⁹  
operantes quantum ad vitam acti-  
uam. vel aliquando debiliores. ali-  
liquādo fortiores ad tolerāda adū-  
sa. **I**tem aliquando frequenti⁹. ali-  
qñ rarius aliq̄ opānē. **I**tē vita ho-  
minis spūal dicit̄ per actiā; et cō-  
platiā. **E**t vtracq̄ representatur  
in aere. quia aer habet p̄t̄ sui. sic  
dicit **Hēda** q̄ omūnicat̄ cū natura

celesti. **E**st em̄ pura quieta et cla-  
ra. et ideo repūnat̄ vitam contem-  
platiā. **E**st em̄ aer supior pur⁹  
quia nullis tremis exalatiōibus  
est infectus. **S**imiliter vir cōtem-  
platiūs ad celestia eleuatus. tre-  
mīs affectionib⁹ nō inficiē. fm ill⁹  
**Col. in.** Que surū fūt sapite. nō  
q̄ super tēram. **E**t **C**re. sup **Eze.**  
dicit. qz vita cōtemplatiā ad qn-  
dam mētis libertatē transit tpali  
a bona non cogitans sed eterna.  
**I**tē ille aer est quietus. i. nullo vē-  
to cōmotus. **S**ic vir cōtemplati⁹  
rentis. i. cōmotionibus curar seu  
larium nō impelliē. **V**nde xp̄us de  
**J**o. baptista dixit. qz nō erat arun-  
do vento agitata. **E**t ideo **Creg⁹**  
dicit etiam sup **Eze.** qz vita cōtem-  
platiā calcatis curis omnibus ad  
videndū faciē creatoris sui marde-  
scit **Ps.** **V**acate et videte. vacate  
sc̄i a curis et actionib⁹ exterioribus  
cessando. videte sc̄i cōtemplādo. **N**ā  
sicut dicit **Aug⁹. de ciuitate dei.** O  
cium sanctū q̄rit caritas veritatis.  
**I**tē ille aer est clarus. quia celesti  
luīe perfusus. **S**ic vir cōtemplati⁹  
celestis inspiratiois luīe fr̄e quēter  
perfudit̄. **V**n̄ vt idē **C**re. dicit sup  
**Eze.** Cōtemplatiā vita amabil⁹ val-  
de dulcedo ē. qz sup semetipsā aīaz  
trahit. celestia apit. et spūalia mē-  
tis oculis patefacit. **A**lia vero vt i  
de **Veda** dicit. ē ps aeris inferior q̄  
ap̄iqt̄ ad naturā tēstrē. et iō est  
grossa. tēbulēta. et tēris vaporib⁹  
plena. mītar⁹ tēn̄ rez gnatua. vt  
pluiae. grandinis. et huiusmodi.  
**E**t huic assimilatur vita actiua Vi-  
ta em̄ actiua ē grossa. qz mentē in-  
grossat et hebetat ea intelligibiliā.  
**V**n̄ **C**re. sup **Eze.** dicit. qz lya q̄ ac-  
tiua vitā designat lippa ē et fecūda.  
qz dū occupat in ope minus vīd̄

**I**tem actiua vita est turbulentia· quia scz perturbatur circa agibili a. **V**nde mēthē que vitam actiuaq; designat dixit domin⁹ **Luce.** x. **S**ol lūcita es et turbaris erga plurima **I**tez actiua vita est terremis vapo ribus. i. sōlicitudinibus plena. q̄a occupat animam circa terrena mi nisteria. **E**t ideo dicitur **Luce.** x. q̄ martha que scz vitam actiua ele gerat fatigebat circa frequēs mi nisterium. **I**tem est vita multorum meritorum generatiua siue aequi situa. **E**t ideo vt dictuz est de signa ta est per lyam. que multos filios p̄pperit. **V**nde etiam **Greg⁹** dicit super eze. q̄ magna sunt vite acti ue merita. **Ca. lxxxix.**

**A**ncia capitalia que sūt sep tem assimilantur septē pla netis. Nam primo in sole p̄secēteris glorioſi? incedente nota superbiam que semper appetit glo riosa **P̄s.** Per diem scz p̄sperita tis sol scz superbie nō vret te. **S**e cūdō in mercurio qui est coloē ar genteus et semper iuxta solem in cedit accipe avariciam. que argen tum querit et semper superbiam se quirit. **Q**uia dum superbis app et gloria non potest assequi mi habundet metallina materia aure a vel argentea. et ideo se totū dat ad acquirendam pecuniam. **S**imili ter et auari diuitis pleni. semp vt in plurib⁹ sūt superbī. et querunt ab alijs honorari. **Vñ Ap⁹.** i. **Thi vi.** Diuitib⁹ huius seculi p̄cipue nō blime sapere **Jug⁹.** Vermis diui tū superbia. **T**ercio in luna iſpīl sante aerē et quādā semp umbrā siue obscuritatē in se h̄ate intellige accidiā. q̄ menti nigrēt q̄ndā nigrē dñmē. p̄ quā iſpīllat et turbat aie rōnem. **N**ec p̄cipue cauenda est

in nocte aduersitatis **P̄s.** Nec luā per noctem. i. accidia per temp⁹ ad ueritatis vret te supple. **Q**uarto p̄ martē sāguinē circa cor accē dentē accipe irā. q̄ est accensio san guinis circa cor vt dicit **Phūs.** **Q**uinto in ioue. q̄ quātuz in se est p̄dest cū sit planeta bēniuol⁹ accē p̄ gulā. q̄ de se necessaria est oib⁹ rōne vite. nec ulli inueniē obesse si ea scierit debite cohibe. Sed si aut iupiē ex iunctione cū alio effi citur noxiū. sic etiā q̄n necessitati voluptas iungit. vicium gule in curritur q̄d obest. **S**exto q̄dē in rene re q̄ ad luxuriaq; dispomit p̄c etatū carnis intellige. **S**eptimo in saturno qui est stella colore plū beo siue luido accipe inuidiā. que est q̄dam huor de bono p̄ximi plū beā et grauē facies aia. **I**tez vi ria assimilantur arene p̄pt septē. Primo p̄pt ariditatē **N**a arena ab ariditate est dicta. et hoc p̄tin; ad superbiam **S**upbia em̄ dū pluviā seu rōre dītie gracie impedit. q̄ de⁹ fu pbis resistit. aie ariditatē inducit. **H**anc ariditatē patiebātur q̄ dice bant **Nume.** xi. **A**ia nostra arida ē. Et sicut arena si manu p̄ssa fucit p̄ nimia siccitate v̄l ariditate strido re facit. **S**imiliē supbus q̄litcūq; p̄sus vel tactus stridorē quēdā impa ciētie statī p̄ducit **Eccī.** xxv. Isce sus arenos⁹ in pedib⁹. i. affectib⁹ re teām. i. adā q̄n audiuit c̄tis vt dñ ac. **S**ed o p̄pē p̄derositatē. **N**a a rena ē p̄de ḡuissima. et hec p̄de roitas refert ad irā. p̄ quā hō effi citē alijs iportabil⁹ **Dro.** xxvii. **G**ē ue saxū et onerosa ē arena. sed ira stulti vtroḡ ḡuior. **T**ercio p̄pt a q̄ vicinitatē q̄ effert ad incōtinētiaz **I**nueniē em̄ arena sū aq̄s. sic in flu uis. à iuxta aq̄s sicut in litoribus

m 7

maris. Sic hūt incontinentes quo-  
rum quidam sub aquis volupta-  
tum et fluxu peccatorum carnali-  
um vivunt et imorātur. ut fornicati-  
on. adulteri. et huiusmodi. Quidā  
vero ad modum arene que est in li-  
tore maris. et si aqua non mundā-  
tur tamen ea aliquando fluctuāte  
infunduntur. Et tales sunt coniu-  
gati. qui licet matrimonio licite  
possunt vti. tamen mundante i eis  
concupiscentia in ipso carnali ope-  
quandoq; sordidantur. ¶ Quarto  
pter partium discōtinuitatē. Nō  
enī arena hab; ptes q; pñt cōgluti-  
nari et continuari. Et hinc ē q; ex a-  
rena non fit lapis. Nam arena in  
aquis maris ab omni lutea viscosi-  
tate absoluītur. Vnde vīcēns in e-  
a siccitas. in lapide m̄ coagulari nō  
patitur. ut dicit aristotiles in libro  
de proprietatib; elemētorū. Et sicut  
dicit in libro Methe. Terra pura  
nō fit lapis. q; siccitas vīcēns nō  
facit pñt terre cōtinuationē. sed  
potius dissolutionē ppter qd nō vti-  
tur in lapide. Et multo fortius hoc  
est in arena. cū sit terra naturaliē  
et substatialiē siccior et durior. Nec  
autem diuisio et discōtinuatio are-  
narum pñt ad inuidiam perti-  
net. q; glutinū caritatis excludens  
tenz homines ab inuidem diuisos  
ut etiam lapidi angulari cristo in  
corpari non possit. ¶ Quito ppter  
sterilitatem. Est enī arena sterilis  
et infecunda. tum ppter defectus  
caloris et humoris. tum ppter do-  
minū siccitatis et frigoris. Vnū ym-  
bre superueniente non diffundiē  
nec dissoluītur. sed magis compri-  
mitur et induratur. Nec sterilitas  
pertinet ad accidiam. q; calorem ca-  
ritatis et humorem deuotionis ex-  
cludens ariditatem mentis et frigi-

vitatem induēns aiām sterilem et  
infecundam reddit. vt fructū bono-  
rū opum non pducat. ¶ Sexto ppter  
mineralitatē. Vabet enī arena  
v̄tutem mineralē v̄l saltem ei simili-  
lem. Vnū inter arenas fluiales et  
marinas inueniuntur arene auree  
et lapides politi et gēme p̄ciosi. Nec  
autē p̄tinet ad avariciā. que circa  
metalla aurū sc̄z et argenteū et hu-  
iūsmoi ihudat. Sapi. vii. Omne au-  
rū tanq; arena ē exigua. ¶ Septi-  
mo ppter obstātiā. Obstāt enī a-  
rene qñq; fluibus ne intret mare.  
Nam cumulate arene et in maris  
ostns hue fluū adunata q; quis fint  
pue. q; tamen sunt multe. flumen  
impedit et retardat ne intret  
mare. et iō faciūt fluq; īterdū re-  
tro redire. et p̄ cāpos spargere. si-  
cut patet de milo. qui hoc modo ir-  
rigat totam ērā egipci. sicut dicit  
Ilx. sup Amos. viii. Nec autē p̄ti-  
net ad vitium gule. Nam gula flumē  
plēnū aquis. i. peccatore molle et  
assuetū debens detinet et retardat  
ne intret mare penitentie et religi-  
onis. Et aliquādo etiam si īgre-  
diatur ipsum retroire. i. q; cito fa-  
cit exire et redire ad seculum. ¶ Si-  
dorus tamen dicit. q; m̄lus aquilo-  
nis flatibus ēpercuss⁹ aquis retro-  
luctatibus intumescit et inuidatio-  
nem facit egipci sc̄z a medio augu-  
sti vbiq; ad mediū septemb̄is. Dāc-  
vero dicunt inuidationem fieri v̄-  
tute stellarum. Sicut etiam virtu-  
te stellarum fit. ut i egipcio nūq;  
pluat sicut dicit Plato in Thimeo.  
Et sicut videāt etiā q; v̄tute stellarū  
ētis t̄pib; vbiq; tēpestates sūt in  
mari. ut circa festum oīum sācto-  
rum. Vnde haute tunc maxime  
portum querunt. Aliqui vero attri-  
buunt dñe v̄tuti. ex quo talis dis-

## De celo

positio data est specialiter illi regiom  
hicit etiam impetu maris. Ambro.  
emiz attribuit diuine virtuti sic di.  
sponenti in prima creatione.

**Capitulum. lxxx.**

**V**oluptuosus homo similis  
est saturno. Nam saturnus  
a saturando est dictus ut  
dicit **Ps**. Cuius vox opes dicta est  
ab opulentia quam tribuit mortalibus.  
In saturno enim delectatio gutturis.  
In vox delectatio significatur car-  
nis. in quibus delectationibus corporis  
voluptas consistit. Sed adhuc  
ostenundunt voluptuosum hominem  
esse saturno similem voluptatum  
exitus effectus tempus et affectus.  
Exitus quidem quia saturnus primus  
gebatur olim mestissimus. Cuius  
causam assignant fabule. quia a filio  
suo iove fingitur fuisse castratus.  
quod aperte forte dicitur. quod plane  
ta iupiter impedit et temperat maliciam  
saturni. Sed prior causa tristie  
est. quia ut dicit **Otholo**. in libro  
de iudicis astrorum. saturnus dat  
hoiem sibi eius domino natum vel con-  
ceptum esse tristem. raro hilare vel  
ridentem. Vnde etiam in iudicis me-  
rorum et tristitia designat. Nec au-  
tem tristitia appetit sibi voluptatis.  
qua ut dicit **Hoe**. Voluptas tristes  
habet exitus. sed illis **Pro. v.** Louis.  
sima illis amara quasi absinthius.  
**C**ecundo si consideretur effectus. Na-  
saturnus est effectu frigidus et siccus  
et ponderosus. et sic etiam in fabula  
pingitur. Que omnia congruunt volup-  
tati que in frigido spumalis affectio-  
nis calorem extinguendo. desiccatur hu-  
mor deuotionis consumendo. et guat-  
metum ad inferiora deprendendo.  
**T**ertio quantum ad tempus. Nam saturnus  
dicitur planeta nocturnus. quia vo-

## Et elementis

luptas carnis querit tenebras no-  
ctis **Job. xxii.** Oculi adulteri ob-  
seruat caliginem. Quarto tenet  
similitudinem si consideretur volup-  
tuosi affectus. Nam sicut dicit **Otholo**  
meus. Nati sub saturno turpia et  
immunda non abhorrent vestimenta.  
et alia etiam diligunt fetida **C**os-  
totum moraliter competit luxuri-  
osis qui non abhorret notam fami-  
e exteriorem. Insuper diligit opera  
fetida et imunda. Item voluptas  
generat temptationes carnis. si  
autem pluvia suavis generat vermes.  
Nam quando pluvia est suavis. mis-  
cetur cum humido aereo et terrestri  
siccо ex quo formatur corpus aq-  
uum. cui statim virtute stellae da-  
ntur anima. Vnum dum enim bene omixtum  
cum terrestri ex ipso aere fit viscosum.  
Et fit sicut pellis in qua continet pul-  
sas calidum facit spiritum. cui tamquam  
proprio subiecto datur anima sehibi-  
lis. Quasi autem suavitas pluviae  
est voluptas deliciosa vite. que ver-  
mes in terra generat. quod in carne  
temptationes suscitat. Item vo-  
luptas et habundantia diuinitarum et  
deliciarum est pedica et laqueus dyabolus  
qui hominem quem sequitur capi-  
bit. Vnde laba persequens iacobum in  
monte galaad eum comprehendit.  
**G**en. xxxi. Moses enim galaad fer-  
tilissimus et deliciofissimus esse dici-  
tur in pastuis frugibus et fontibus.  
In monte ergo galaad a laban iacob  
capitur. Quia in fertilitate et ha-  
bundantia deliciarum homo a dyabo-  
lo temptatur et illaqueatur.

**Capitulum. xc.**

**X**ristus assimilatus soli. Qui  
a sol excedit omnia luminaria  
a celestia corporea in quatuor  
partes. Prior in granditate. Nam scilicet  
in in-

**A**lphragani dñi. xxii. i fine soldi  
citur maior oibus corporibus. p*9*  
illum. xv. stelle que in prima mag-  
nitudine in stellas fixas ponuntur  
ab ipso. tertio iupiter. quarto sa-  
nus. quinto omnes stelle fixe suis  
ordinibus posite. q*s* Ptholomeus i  
septima distinctione almagesti. et  
**A**lphraganus differentia. xix i sex  
gradus magnitudinis diuidunt.  
sexta loco mars. septimo tra. octa-  
uo venus. nono luna. decimo mer-  
curius. **Shys q*nō* mole fuit magna. idem est  
magnū esse quod bonum. et idem  
maiis quod melius. **V**nde sicut sol  
excedit omnia alia corpora in mag-  
nitudine quantitatis. ita xp̄us ex-  
cessit omnes sanctos in magnitu-  
dine beatitatis. nō inq̄tum deus s  
etiam inq̄tum homo. quia ipse ha-  
buit plenitudinem gratie pre om-  
nibus sanctis. **V**nde dicitur habu-  
isse spiritum non ad mensuram. i.  
totaliter nō particulariter quātu*r*  
ad omnes gratie effectus. **V**el nō  
ad mensuram super omnem p*ro*-  
portionem respectu aliorum hominū.  
**S**ecundo sol excedit in claritate  
q*p* in alijs est luis principium ut di-  
cit Arist. in libro de p*rop*rietatibus e-  
lemētorum. et cū eo accordat Twice.  
et Ptho. et messalach. dicitur emē-  
t*g* sicut om̄ calidoru*m* est una p*ra*ma  
causa sc̄ ignis. ita oportet q*p* om-  
num lūi olozū sit vnu principium.  
**E**t hoc nō erit nisi sol. a idcirco vo-  
tatur sol. i. solus lucens. **S**ic etiā in  
ho*e* qui est ut minor mūdus vnu  
mēb*r* influit omnib*s* sc̄ cor. Opor-  
tet ergo q*p* sol cui sit principiu*r* lu-  
minis plus habeat de lumine q*p* a-  
liqd aliud corpus. sicut ignis plus  
habet de calore. et cor de vitali v-  
tute. **S**imiliter ergo xp̄us qui est**

principium vite spūalis vel lumis  
sapie. de q*s* **I**o. i. Erat lux vera ac. a  
**E**ccl. i. Fons sapientie vbiū dei. opor-  
tent ut pre oib*s* alijs sapientie splē-  
dore fulgez. **E**ccl. xvii. Quid luci  
diuis sole. i. quid sapienti*xp̄o* de  
quo dicit **A**p*9*. **C**ol. ii. q*p* i ipso fuit  
omnes thesauri sapientie et scientie  
abscinditi. **T**ercio sol excedit in  
dignitate. **V**n sol d*z* esse vas amia-  
bile. sedm illis **E**ccl. xlvi. Sol in a-  
spectu anūtians in exitu vas amia-  
rable. opus excelsi in meridiano  
exurit terraz. et in cōspectu ardo-  
ris eius q*s* poterit sustinere. **S**imi-  
liter et xp̄us excedit etiam in dig-  
nitate. quia inq̄tum deus est equa-  
lis patri in dignitate nature. inq̄tū  
homo excedit oes sanctos in dig-  
nitate glorie **J**oh. i. **V**idimus glo-  
riam eius ac. **E**t ad **Heb.** i. **S**edet  
ad dexteraz maiestatis in excelsis.  
tato melior angelis ac. **Q**uarto  
sol excedit in potestate. **N**az maio-  
ris virtutis est. et plus influit in i-  
feriora. p*ro*mo sol habet quandā po-  
testatē et v̄tutē sup̄ omnia corpo-  
rū oia illūiat et supiora et inferio-  
ra. **V**n oia respicere d*z* **E**ccl. xlvi.  
Sol illūians per oia respexit. Silie  
xp̄is dixit **M**ath. xxviii. Data est  
mechi oisptas in celo a in tra Spe-  
cialitē aut̄ sol habet v̄tutē illumina-  
tuā. **E**t ipē xp̄s dixit **I**o. viii. Ego  
fū lux mūdi. Itē v̄tutē inflamati-  
uā **E**ccl. xlviij. **T**ripliciter sol exures  
mōtes radios igneos exfluffas. a  
de xp̄o dictū est **Lu.** vltimo. Nōne  
cor nem̄ ardēs erat in nobis ac. **I**  
te m̄ renouatiuā. quia dum poros  
terre aperit. virtutem latentem in  
radicibus ad actum producit. et  
quod mortuum videbatur reuiū-  
sīt. et renouatur quod retustate  
tabuit. **E**t ita similiter per cr̄stum

rendouamur et regeneramur in nouam vitam. secunduz illud **Ephes.**  
**tin.** Henuamini spiritu metis vestre. et induite nouum hominem ac. **Vic**  
**emim** nouus homo christus est. **I**tem virtute purgatiua Nam tenebras fugit. et factores consumendo purgat. **Sic** xps purgat tenebras ignoratiae et seditates peccatorum **Heb.**.**i.** Purgatione peccatorum factes. **I**te virtute nutritiua Quia dum suo calore terre humiditez resoluit. vi sua attractiva quod radiis est filie de illa attrahit. et in terra nascentium nutrimentum conuertit. **Sic** christus nutritior factum dixit Ego sum pastor bonus Qui calor e amoris resolutus in mortem. corpum suum nobis simile tradidit in cibum. a sanguinem in potum. Et ideo ipse dicit. Caro mea vere est cibus et cetera **Joh.**.**vi.** **I**tem sol habet virtutem consiliariuam. **Vnde** virtute sua consiliat in corporibus animalium quatuor elementorum. **Sic** christus reconciliavit nos deo per mortem suam. secundum illud **Ro.**.**v.** Reconciliatus sumus deo per mortem filii sui. **I**tem sol habet virtute immutatiuam. **Nam** secundum quod ascendit et descendit per zodiaci signa. sic variat et immutat tempora. **Nam** existens in nostro emisperio diem facit. existens in alio noctem inducit. **Similiter** christus existens per gratiam in anima illuminat eam et diem ibi facit. Sed recedens ab ea per culpam tenebrosam et nocturnam dimitit. **I**tem sol habet virtute distinctiua Quia secundum nichil versiones distinguuntur. **nihil**. **t**pa am. **Quia** existens in ariete vertitur. ascendens ad cancerum estate efficit. ad libram autumpnum constituit. sed duz ad scorpiquez hyemen introducit.

**Vnde** **Ecc.**.**i.** Oriens sol a decidit quando secundum hugonem de facto victore sic expomit. **Oriens** quando scilicet per ternale equinoctium ingrediens ad nostrum polum surgit. **Occidit** quando per autumpnale exies ad inferiora descendit. **Sicut** per meridiem. quoniam in horis signis que polo boreali viciniora sunt circum fertur. **Similiter** sol spiritualis christus ortus est per incarnationem. **Ps.** **Ortus** est sol et congregati sunt occidit per passionem. **Vn Ps.** Sol cognovit occasum suum. **Ad** locum reveritur per ascensionem. **Vnde** **Aba**cus. in. **Sol** et luna id est christus a triumphis ecclesia steterunt in tabernaculo suo scilicet in celo. **Flectitur** ad aquilonem per suam ad iudicandum reuersionem. **Ie.**.**i.** Ab aquiloni pandetur omne malum super omnes habitatores terre quantum ad peccatores. In iudicio stabit xpus sicut sol in medio celi **Josue.**.**x.** Stetit sol in medio celum. et dicit stetit. quia non plus flectetur. nec pereat. nec perire. **Ite** xpus affilat luci. **Quia** lux est altissima in ortu. velocissima in motu. speciosissima in aspectu. et efficacissima in effectu. **Prio** dico quod lux est altissima in ortu. quia causa est et origine de celo sita a sole et stellis quae sunt altissima corpora situ et dignitate. **Ecc.**.**xxiii.** Ego feci in celis ut oriente lumine indecives. **Nam** sicut calor est claritas activa consequens formam substantialis solidis vel et ceteris alterius corporis a se continentis si aliquod tale est. **Cuius** signum est **Quia** radum diversarum stellarum habent diuersos effectus secundum diuersas naturas corporum. **Sed** sicut lux origine de substantialitate solidis vel corporis a se lucet in nichil.

**S**ie cr̄tus filius dei genitus est de substantia altissimi scilicet dei patris. **E**ccl. xxiiij. Ego ex ore altissimi p̄don. i.e. de substantia patris. Nā sicut v̄bi sapientie nostre sp̄ualiter siue inuisibiliter p̄cedit ab ore ita filius a p̄te. Vnū sicut lux est coeterna et coeua soli. quia p̄cito fuit sol fuit lux sua. ita q̄ si sol fuisset ab eterno. fuisset etiam lux ab eterno. ita filius est coeternus p̄ ut dicit Aug. **N**ec obstat q̄ Gene. i. dicit fuisse p̄ducta lux. postea sol quato die. q̄ secundū beatū diomisū quarto capitulo de diuinis nemimib⁹. Illa lux p̄mo die creata fuit lux sol s. formis. q̄tuꝝ ad hoc q̄ iam eāt s. stātia sol. et habebat illuminatiā v̄tutē i cōmuni. s. postmod̄ data ē ei special' et de terminata v̄tus ad partiales effect⁹. **S**ecundo filius de i assilatur luci. quia lux ē velocissima in motu. Vide⁹ em̄ q̄ sole apparetē in pūcto orientis. sit illuminatio totius emispern nostri usq; ad pūctū oppositū. Ex quo patet q̄ lux nō ē corp⁹. q̄ si lux ēēt corpus illuminatio ēēt motus localis. Nullū aut̄ mot⁹ localis corporis alieui⁹ p̄t ēēt in istātā. q̄ om̄ē qd̄ mouetur localiter necesse ē ut p̄us remat ad mediū magnitudinis q̄ ad extremū. Illuminatio aut̄ fit in instanti. quia qn̄ s̄bm alieui⁹ forme suscep̄tū ē i ultia. dispone. tūc forma introduc̄tū ē i instanti. si aut̄ s̄bm esset idispositū. tūc q̄ de reqrēt tps nō qd̄ ex parte forme introduc̄de. s. ex pte s̄biecti susceptiu. s. aer iōptū dyaphan⁹ ē in ultima dispoē ad lumē. et ideo illuminatio fit in instanti. Ite q̄ illuminatio nō est tm̄ motus s termin⁹. Termin⁹ aut̄ motus localis et cuiuscumq; motus semp̄ est in instanti. sicut generatio q̄ est termin⁹ altationis fit.

in instanti. Hoc autem cōpetit filio dei per quē omnia creata sunt. Creatio enim est productio instantanea. Vnde sicut a luce in instanti fit aeris illuminatio. ita a filio dei est in instanti facta rei create productio. **I**o. i. Erat lux vera que illuminata. Vel per subitā icōpatiōē. Receptionē luminis in aere possū intelligere ipsam incarnationē verbi. Que quātū ad hoc fuit in instanti. q̄ ipſū corpus cr̄sti fuit in ipso siue conceptionis exordio in instanti formatum et organizatum. Non enim erat conueniens q̄ filius dei corpus assumeret nisi formatum. Si autem ante perfectam formationē tempus aliquod conceptionis precessisset. non posset tota conceptione attribui filio dei q̄ non attribuitur ēēt in instanti assumptionis. et per hoc filius dei conceptus dicitur. quod aliter dici non posset. Et ideo ipsa distinctione membrorum et formationis in instanti facta est p̄pē infinitam virtutem agentis et formantis. Vnde Gregor⁹ dicit q̄ ā gelo nunciante. et spiritu sancto superueniente. mox verbum in utero. mox intra uterum verbum caro. Localis tamen motus sanguinis ad locū generationis qui conceptionem precedit. non fuit in instanti. nec etiam augmentum corporis se conformans quod sequitur conceptionē. Quia hoc ēēt contra rationē mot⁹ localis et augmenti qd̄ etiā n̄ fuisse motu locali s̄z q̄ fiat i instanti. Nota igit̄ q̄ filius dei aliquādo vocatur lux s̄m illis. **I**o. viii. Ego sum lux mundi. aliquādo vero splendor Web. vii. Qui cū sit splendor glorie. Aliqñ lu me. s̄m illis. **I**o. i. Nō erat ille lux s̄ ut testimoniū phiberet de luci. Lux aut̄ p̄prie dī put̄ est in sole. lumen.

## De celo

put recipitur in aere, sed splendor  
put refultat ex polito et terso eoz  
pore, sed illis Machab vi. Ne fulgit  
sol in clipeos aureos et resplendue  
erunt montes ab eis Silicē filius dei  
aprie dicitur lux put est in patre  
. Thi vi. Lucem habitat ac. Sed  
lumen put est in carne Psaie lx.  
Surge illuminare iherusalem quia  
rem lumen tuu. Sed splendor ap  
pellatur put exiuit de viginē Psa.  
xlii. Donec egrediatur ut splendor  
iustus eius. Scriptura tamen vari  
e et diuersimode his interduz vni  
tate nominib⁹. Tercio filius dei  
assimilatur luci, quia est speciosissi  
ma in aspectu, ymo etiam sine luce  
nil apparet plenum. Vnde Amb.  
dicit q̄ lux est plenitudo omnis cre  
ature visibilis. Cuius est maxima  
gratia q̄ in suo conspectu omnia  
mūdi corpora laudib⁹ facit digna  
Sic etiā fili⁹ dei de quo dicitur Sapi  
entie, vn. speciosior est sole et sup  
omnem stellarum dispositionem  
Est pulchritudo et ornatū omnis  
creature, nō tantū visibilis sed eti  
am inuisibilis. Et ideo nota q̄ fm  
di omisū nn. ca. de diuinis nomini  
bus filius qui et verbuz dei dicitur  
habet pulchritudinem substatiuaz  
causatiuam et excessiuam. Primo  
filius dei nō habet pulchritudinez  
accidentalem sed substatiuam et es  
sencialem. Nam pulchritudo ei⁹ nō  
est ab alia re causata vel p̄cipata  
Et ideo dicimus ipsum nō tantum  
pulchrum sed et pulchritudinē. In  
creatulis em̄ differunt pulchritudo  
et pulchruz sicut causa et causatu.  
et sicut p̄cipans et p̄cipatu, q̄  
pulchru dicitur quod p̄cipiat pul  
chritudinem, pulchritudo em̄ crea  
ture est q̄d p̄cipacio cause oia  
pulchificantis, et ideo creatuā dī

## Et elementis

pulchra sed nō pulchritudo, s̄ de⁹  
qui est essēialit̄ pulcher et non p  
p̄cipationē alicui⁹ alterius dicit  
pulchritudo. Secūdo habet pul  
chritudinem excessiuā. Dicit em̄  
verbū dei pulchru sicut pulcherri  
mū et superpulchrum ut dicit Dio  
misi⁹. q̄a pulchritudo sua excedit i  
pluribus omnē pulchritudinem.  
Primo in veritate, q̄a non est pul  
chritudo eius facta v̄ artificiata sed  
naturalis et vera. Item in ppetui  
tate, quia nūq̄ destruic̄ nec ip̄e de  
us aliqui sua pulchritudine deſtitui  
tur. Item in uniformitate, q̄a pul  
chritudo sua nō auget nec diminu  
itur. Item in totalitate sive vni  
salitate, quia nō uno respectu pul  
cher & alio turpis, neq̄ hic pulcher  
et illuc nō, neq̄ aliquibus pulcher  
et quibusdā non pulcher, sed sicut  
ip̄se scdm seipm cui seipso semper  
existens uniformiter pulcher, et si  
cū presens in semetipso excedens  
formā et pulchritudinē omnis pul  
chri. Tercio pulchritudo sua ē  
pulchritudo causatiua omnis pul  
chritudinis tripliciter. Primo effi  
cienter, quia sc̄z pulchritificat om̄i  
a existentia sc̄m ipsorum p̄cipiam  
apportionem, et causat vniuersalē  
armoniam et claritatē iuxta signifi  
cationem solatis luminis cum ful  
gorez emittit, et vniuersitatem re  
rerum pulchritificans distributio  
sui fontam radij. Vnde istud pul  
chrum est sicut principium effecti  
uum omnis pulchritudinis. Secū  
do exemplarit. Omnis em̄ pulchritu  
do & one pulchru uniformit̄ & cau  
salit̄ p̄existit i simplici & supnatua  
li natuā oīm pulchru, et ip̄a est  
rā exemplaris oīm v̄lo, q̄ fm ipsū  
dia denotant̄, p̄pē qd Hoe, dicit de  
deo, in de solatione. Quidū mēte

gerentis similiq; potētia formans  
pulchrū pulcherrim⁹ ipse. ¶ Itē  
tercio finaliter. Quia sc̄z finis est  
est omnīū pulchror̄. omnia enim  
sunt causa pulchri. et ppter hoc pul-  
chrū idē est qd̄ bonum quia omnia  
desiderat pulchrū et bonū. ¶ Quar-  
to cr̄stus assimilatur luci ex eo q̄  
lux est efficacissima in effectu. Vn-  
de Dyos dicit. q̄ lux omnib⁹ corpo-  
rib⁹ cognitionem cōfert et vitam  
et motū. Et qd̄ qd̄ in istis inferio-  
bus cātetur. mediāte luce pducitur.  
Et hoc etiam dicit Auicena. Ex quo  
etiam cōcluditur et arguit. q̄ lux  
nō habet in aere tantū esse inten-  
tionale s̄ etiam reale. ex eo q̄ inten-  
tiones nō cānt tr̄nsmutationes na-  
turales. Nec obstat q̄ nimia albe-  
do ut in nīue oculum tr̄nsmutat. et  
ita videtur q̄ intentione si fortis sit.  
possit transmutare realiter. Dicen-  
dum q̄ albedo q̄ tumcūq; magna  
nō habet oculuz reahter tr̄nsmuta-  
re rōe qua color. vel rōe qua intēti-  
onē suā multiplicat in medio. sed  
ea rōe q̄ aerem facit lucidorem si-  
ue lucē adauget. ppter qd̄ reddit  
visui obiectū in pporcionatū rōe  
nimie claritatis. et aer sic fortē illu-  
minatus oculū cōtingit reale. et  
ita ipsum tr̄nsutare potest ratio-  
ne excellentis lucidi et non ratioē  
intentionis colorate. Possum⁹ er-  
go effect⁹ lucis filio de i adaptac̄.  
ciuis existere i carne humana nō  
sunt intentionale et fantasticum vel  
ymaginarium. sed verum et reale  
sicut et lucis esse est reale in aere.  
Fuit enim verus deus et verus ho-  
mo. Et ideo ipse est similis luci. ¶  
Primo quia lux est rerū generati-  
ua. quod quidem habet lux inq̄tū  
instrumentaliter agit in v̄tute cor-  
porum & celestium ad producendas

formas substanciales. Ita etiam si  
militer per ipsu; verbum. i. per fili-  
um dei omnia producta sunt. secū-  
dum illud Johannis. i. Omnia per  
ipsum facta sunt. i. creata. et sine  
ipso factum est nichil. Sed intelli-  
gendum per ipsum nō sicut per in-  
strumentum. Vnde in hoc non est  
simile de luce. sed intelligendum ē  
omnia esse facta per verbū. sicut  
artificiā dicuntur esse facta p̄ ar-  
tifice m. i. per rationem artis precō-  
ceptā. Nunq̄ enim aliquis facer̄  
aliquid nisi preexistet actualis  
preconceptio sue sapientie. que est  
forma & ratio rei facte. sicut forma  
arche in mente artificis precōcep-  
ta est ratio archē faciēde. Et sicut  
deus pater nichil operatur nisi per  
conceptum sui intellectus qui est  
sapientia ab eterno concepta. sicut  
dei verbum et dei filius. et ideo im-  
possibile ē q̄ aliquid faciat nisi p̄  
filium. Et ideo Augustin⁹ dicit q̄  
verbum est ars plena rationuz vi-  
uentiu. Dicit etiā patrē per filium  
oia fecisse inq̄tū fili⁹ ab ipso pre-  
hab; q̄ sit causa omnium factorū. et iō  
nō seq̄t q̄ sit vt instrumentū vel mi-  
ster p̄ris. q̄ eandē numero et eq̄  
lē v̄tutē quā p̄ hēt et fili⁹ ab ipso  
hēt p̄ quā opat. ¶ Scđo q̄ lux ē sui  
lūis oib⁹ cōicatiua. Ita xp̄us q̄tū  
in se ē. lumen ḡce vel mīe sue cōicat  
vniuersis. Lo. i. Illuiat oēz hominez  
rementem in hunc mundū. Cr̄so.  
dicit q̄ illuminat q̄tum de se est o-  
nem hominem. quia ex parte sua  
nulli deest. ymo vult omnes homi-  
nes saluos fieri. et ad agnitionem  
veritatis venire. i. Thimo. n. Vnde  
si quis nō illuminatur nō est ex p-  
te dei sed ex pte hominis auertētis  
se a lumine illuminante. Sicut etiā  
hō nō illuminatur a sole. vel qn̄ in

domo tenebrosa se includit. vel qn oculos claudit. vel quando obstatu iterponit. **Sic etia spūaliter** nō illuminatur a xpō. vel qui in te hebris ignorātie voluntarie se claudit **Lob. xxiiij.** Ipsi fuerunt rebelles lumen. vel qui oculos anime intellectū sc̄it voluntatem deo nō aperit **Damie. xij.** Declinauerūt oculos suos ut nō viderent celū. neq; recordarentur iudiciorū iustorū. **Vel qui peccati mortalis obstatu** interponit **Ds.** Supercedevit ignis et nō viderunt solem. **Tercio qā** lux est errantium sive deuiantium directiva. et xp̄us est dnx et director quē sequentes errare nō pñt. **Io. viii.** Ego sum lux mundi. qui sequitur me nō abulat in tenebris scilicet deum vel erroris. Non enim sequens cristū ambulat in tenebris ignorantie. quia ipse ē veritas. neq; in tenebris culpe. quia ipse ē vita. neq; in tenebris damnationis eterne. quia ipse est vita. **Quarto** quia lux est occultorū manifestatiua. **Voc autem cristi?** facit in ultimo iudicio qndo illuminabit abscondita tenebratum. et manifestabit cōfilia cordium. **Corin. xiiij.** **Item** cristus similis fuit monti olio. qui est mons **Macedonie** ita exelitus ut nubes sub eo esse dicātur. Tante em̄ altitudinis est qd̄ onus aeris turbines et impressiones excedit. quez Phī ascēdentes ut turbus stellarū inspicerent. ibi vivere non poterant nisi spongias plenas aqua portarent. ut sic per aquæ attractionem aerem grossiore hauriret ut dicitur in historia. **Vec** autem omnia cristo cōpetunt qui omnes nubes. s. factos excessit altitudine vite. omnes turbines passio nū vel tribulationuz altitudine pa-

tientie. omnes Phīs altitudine sapientie. nec altitudine sue diuinitatis Phī cōtingere potuerūt. nisi cū spongias. i. creaturis plenis aq; ipsius celestis sapientie. Omnes enim creature ut p̄us dictum est diuinam sapientiam representant. Dominus enim illam effudit super omnia opera sua. ut dicitur Eccl. i. Et ipsi Phī non cognoverunt deū nisi ex creaturis **Homo.** i. Invisibilita dei a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta conspiciunt. sempiterna quoq; virtus eius et diuinitas.

### Capitulum. xij.

**O** histiam vide et sartacem m̄ differunt ad modū planitatā. Nam planete aliqui sunt boni qui nulli nocent. sed taz̄ suos quorum nativitati dominant qd̄ non suos adiuuare dicūtūt. Tales ergo dicunt̄ cristiam. qb; Ap̄. dicit. Nemini dantes ullam offensionem. Vide tam suis qd̄ non suis benefacere iubentur. **Luce. vi.** diligite inimicos vestros. benefacite hys qui oderunt vs. Quidam vero planete sūt mali. ut mars et saturnus. qui non suis obsūt. suis tamē profundūt. Tales sūt hodie iudei. qd̄ licet suis nō fenorent. tamē fenovanē nō suis ut xp̄ianis et alhs nationib;. Item dicunt se sūm legem suā ad diligēdū amicos teneri. et avodiendum inimicos **Vñ ad illis p̄ceptū** Diliges amicū tū p̄ximū tuū addiderūt i suis tr̄ditionib;. et odi o habeb̄ inimicū. qm additionē correxit dñs **Mat. v.** Quidā planete vero mediocres sūt. ut sol luā metatur. Nam suis bona īgerunt. nō suis modo bona modo mala. Tales autē videt̄ esse sarracem. Quia nō soluz̄ inter se sūt misericordes.

sed etia<sup>m</sup> in teedium cristiānis itis  
rīcordiaz impendunt licet eos tamē  
frequenter impugnēt In hoc tamē  
sunt minus mali sarracem p*ro* iudei.  
qr cristum reuerētur quem iudei  
blasphemāt. Cōfidentur em̄ sarracē  
tem̄ cristum ex maria virgine sine  
viri semine natum Hoc est certus  
et ego qui inter eos fui. frequenter  
hoc audiui ab eis. et a suis sachā  
ens qui religiosi sunt dicti apud e  
os. et muschettis. i. qui eorum escas  
officiant Vnde in libro qui dicitur  
alcoran id est lex quam condidit  
mahomet p*ro*p*ri*o questio una sic  
Que femina de masculo tantum. et  
quis masculus de femina tantum?  
Et respondit Eva ex adam. cristus  
ex marie virgine. Item querit. q  
sunt tria que sine seminis commis  
tione edita fuerunt? Respondet.  
Adam Aries abrahe et Cr̄istus. ¶  
Item confidentur sarracēm̄ beatā  
mariam fuisse per angelos commi  
datam. et de cristo nascituro fuisse  
edoctam et certificatam Et in eo  
dem libro primo sic dicitur Ange  
li mariā alloquētes inquiūt O ma  
ria omnib⁹ viris et mulierib⁹ splē  
didior. mundior atq; letior. soli de  
o perseuerāter studens. ipsuz cum  
huilib⁹ gemib⁹ deo se reflectib⁹  
adorās. et nequaq; in trena sor  
des piciētib⁹ et curā agētib⁹. quis  
marie custos efficere. Nec archa  
na secretissima cōmitto āgel dicen  
tib⁹ O maria cui sumū nūc gaudi  
ū cū verbo dei cuius nomen est ih̄e  
sus cr̄istus filius marie. q; est facies  
ommū gētiū i hoc seculo et futuro  
Senes et infatulos cunabula seruā  
res cōueniens. preses sapiēs. vir  
optimus ab vniuersitatē creato  
re mittitur Respondet illa O deus  
tu virū nō tetigerim quomō scipi.

ām? Respondet angeli Deo nichil  
occurred impossibile oīa p*ro*ut vult o  
panti Cui mādatū omne. suū pla  
cerē perficit. ipseq; filium suū cum  
diuina virtute cōmetē. librū legiſe  
rum omnisq; magistern pitiam et  
testimoniū ac euāgelīū mādatūq;  
filis isel edocabit Ille nāq; formis  
volatilium luteis ac p*ro*positis infus  
tās volare faciet Cecos a mutos  
cuābit. morphematicos a lep̄os mū  
dabit. mortuos creatore coapan  
te viuificabit. q*uo*qd conetur q*uo*  
de disputatione deputatū sit p*ro*  
labit. similitē cūcta q*uo* in deum credē  
tibus mirabilia cōsentur ¶ Item  
cōfidentur eadez lex sarracenorum  
cristū fuisse sumū omnū p*ro*phetarū  
apud deū Vnde in eodē libro mah  
meth introducit deum loquētem a  
dicētē. Qim p*ro*phetaz alio sup̄ aliū  
p*ro* me sblimato. et eorū q*uo*būdā cū  
deo locutis. cristo marie filio aīaz  
nrāz p*ro*p*ri*e p*ro*ferētes vi atq; v*irt*utē  
p*re*ceteris prebūim? ¶ Item con  
fitetur cristū esse verbū et v*irt*utē  
dei. et ideo ibidē dicit. q*uo* deus iū  
dicabit mūdū. clamabūt hōies ad  
eū et dicit Ihesu criste spiritus et  
verbū dei et v*irt*utis dei. moueat te  
pietas tua intercede pro nobis Et  
tūc dicit eis. Esuriū tē. sicut ē in  
euāgelo p*ro* oīa ¶ Item cōmendat  
ide in liber legem et euāgeliū  
cristi. et dicit tres leges esse a deo  
in quibus recte v*irt*ue tradūtūt. sc̄i  
licet legem moyhi et euāgeliū.  
et suum alcoranum. Et ideo dicit  
in. i. libro. Deo pius et misericors  
vīus et altissimus. qui p*ri*us tel  
tamentuz. deinde euāgeliū rec  
tā v*irt*ua hominibus tradidit. postre  
num librum veracissimum alcorā  
de super prebūit. ¶ Item in eodē  
introducit deum sibi loquentem a

## De celo

dicentem sibi precepta legum et  
mores. sicut noe et abrahæ et moy  
si et cristo tradidimus. Itē confiteā  
eadem lex q̄ in resurrectione gñia  
li omnes perfecti i forma xp̄i resur  
gent. Vnde dicit. perfecti ônes in  
statu ade et forma xp̄i resurgent.  
nūq̄ incrementū à decremetū pati  
ētes. Itē eadem lex virarios de te  
statur. Vnde ibide; dī. Hom̄i viri  
deum timete et fenorari pretermi  
tite. De feno re enim hom̄ies viue  
tes non nisi quasi de momiaci resur  
get. Nec omnia magnifica de xp̄o  
euangelio et virginē scripta sunt  
in alchoran. i. in lege sarracenorū  
quā eis mahumeth dedit. Que licet  
multa falsa contineat. & inunda  
tū etiam multa testimonia perhibe  
bet nostre fidei veritati. ut sup̄ pa  
tuit. Que ônia introduxi ad exag  
gerandum infidelitatem uide orū  
xp̄m blasphemantium. cum tamē  
scripture eorūz testimonia perhibu  
erunt xp̄o sicut dixit eis Scrutam  
i scripturas. quia ille testimoniū  
phibent de me. & tamē ceci negat  
quez sarraceni ignorantes scriptu  
ras venerantur et adorant.

## Capitulū. xcī.

**Z**elus dei assimilatus aeti. q̄  
habz tres regiones. quaz  
suprema que igni ciuncta  
est rara est et vehementer calida  
propter vicinitatem ignis. et ap  
ter radios stellarū et lumē. que si  
bi sunt vicimora. & illa pars est lo  
cus inflamatiois per se. et dicitur  
regio estus. Huic similes sunt qui  
magno zeli ardore feruerunt. P̄s  
Zelus dom⁹ tue comedit me. Glo  
sa Zelus est bonus feruor animi.  
quo mens pro defensione veritatis  
accenditur. eo q̄ quelibet praua  
que vidz corrigeret satagit. si neqt̄

## Et elementis

tolerat et gerit. Iste zelus causa  
tur in sanctis ex inflammatione i  
gnis spiritus sancti vel caritatis di  
uine. et ex radis stellarū. i. exem  
plis sanctorum patrum. sicut phi  
nees helie et aliorū. qui multum  
zelauerunt p̄ deo & lege eius. prio  
Nachab. n. Phynee pat̄ noster  
zelando zelum dei accepit testame  
tū saeculorum eterni. et hebas dix  
it. in. He. xix. Zelo zelatus fūz p̄  
domino. Secunda regio aeris suo  
media zona ē loc⁹ frigoris. q̄a illa n̄  
habet calorē ex vicimo igne sicut v  
gio superior. nec ex reflexione radio  
z. sicut regio inferior. eo q̄ radis nō  
reflectuntur ad transparens sive per  
uum. aut ad multum dyaphanū.  
sed tantūz ad solidū planū. & pl̄  
si fuerit terstū. vt est aque superfici  
es vel speculi. l. alio modo politum  
vel planū. Huic aeri similes sunt  
qui sunt totaliter frigidi. ita vt nec  
zelus tangant. quia nec igne di  
uini amoris incendunt. nec radis  
i. exemplis sanctorū tanguntur. et  
ideo auferit ab eis dyabol⁹ zelū bo  
nū. Tales sunt plati mali q̄ de gre  
gis sui dissipatione nō curat. Psal.  
xi. Auferetur zelus effraym. Effra  
ym interptatur augmetum v̄l fer  
tilitas. & signat prelatos qui cogi  
tant de temporali augmentatione.  
et nichil de animarū perditione. ¶  
Tertia regio aeris est tepida vel te  
perata. fusi p̄ies aliqd de superiori.  
et aliqd ab inferiori. est tamē in  
tpate calida scđm qđ vincitur ab i  
feriorib⁹ qđ vobisdam temporib⁹  
alij. Huic similes sunt qui zelū deha  
bent tepidum vel inordinatum. Nā  
aliquando vincuntur ab inferiori  
hus passioib⁹ ira vel odio. et tunc

Libes.

mittis incandescent. Quādōcē vero  
fūpiorū vel potentiorū timore pteb-  
rīt omīnō a zelo tēpescut a frige-  
scunt Tales habent zelum. sed nō  
scdm scientiam. i. dīstretionez Ho-  
x. Patet ergo q̄ zelus frigid⁹ tu⁹  
sit nullus est dampnabilis. tepid⁹  
rep̄hensibilis. feruidut et caritati-  
uus. laudabilis qui m̄etur celeste  
pm̄itum. i. Machab. n. Dēlias dūz  
zelat zelum legis receptus est in ce-  
lum Ad quod nos perducat xp̄s q̄  
est benedictus. Amen.

Explicit liber pm̄ de similitudini-  
bus re n.

Incipiunt capitula libri secundi sa-  
crauū ordīnē alphabeti.

<b>O</b> amatorib⁹ dei	.i.
De anima	ii.
De auaricia	iii.
De bonis viris	iiij.
De caritate	v.
De c̄temptatione	vi.
De c̄tinētia	vii.
De corrēptione	viii.
De dilectione	ix.
De eloquētia	x.
De eucharistia	xii.
De fide	xiiij.
De gratia dei	xvij.
De humilitate	xvij.
De humilibus	xv.
De igne gehēne	xvi.
De hypocritis	xvij.
De iusticia	xvij.
De iustis	xix.
De luxurī	xx.
De maria matre dñi	xxi.
De misericordia	xxij.
De ope bono	xxij.
De patientia	xxvij.
De p̄mitentia	xxv.
De p̄mitentibus	xxvi.

Secundus

De predicatorib⁹	xxvij.
De prēudentia	xxvij.
De purificatione cordis et purifica- tionē peccati	xxix.
De querendo xp̄m	xxx.
De sanctis	xxxi.
De sapientia	xxxij.
De sc̄iētia l̄ sapientia hūana	xxxij.
De sobrietate	xxxij.
De superbia	xxxv.
De temperantia	xxxvi.
De timore dei	xxxvij.
De tribulatiōne	xxxvij.
De virginitate	xxxix.
De virtutib⁹	xl.
De xp̄o	xli.

Expliunt capitula secundi libri.

Incipit tabula exemplorum secun-  
di libri non secundum ordīmem al-  
phabetti sed secundum ordīmem ip-  
satūm rerum.

<b>O</b> septem sp̄eciebus metal- lorum	xi.
De auro	xxvij.
De auro obriso	xxvij.
De auricaleo	xvij.
De auripigmenta	xxv.
De argento	xxvij.
De argento viuo	xxv.
De electro	xix.
De stanno	xxvij.
De plumbo	xxxvij. et xl.
De ere	x.
De calibe	vij.
De ferro	xvij. et xxix.
De ferrī purgatione	eodē
De lapidibus	i. et imp̄hemio
De petris	xi.
De marmoribus	iiij.
De alabastro	xij.
De gēmis preciosis	xxxi.
De origine gēmarū	eodem
De dīstretione gēmarū	eodem

